VLADISLAVS. IV. DEI GRATIA REX

Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæque, nec non Suecorum, Gotthorum, Vandalorumque hæreditarius REX Electus, Magnus Dux Moschouiæ. &c.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Exhibitas coram nobis esse per certos consiliarios nostros nomine Famati Gregorii Schab Ciuis Krzepicen literas Serenissimi olim Diuæ memoriæ Henrici Regis Poloniæ infrascriptas prout latius in se obloquuntur. Supplicatumque nobis esse ut easdem literas authoritate nostra Regia approbare ratificare et confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum is est qui sequitur tenor. Henricus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Kiouiæ Volhiniæ Podlachiæ Liuoniæ. Nec non Andium Borboniorum et Aluernorum Dux Comes Marchiæ Foresii Quercy Ronergy et Montfort. Significamus ac ad notitiam quibus interest deducimus. Exhibitas nobis esse literas in Pargameno descriptas continentes in se libertationem à Jure et Jurisdictione ciuili à Censibus solutionibus, ac quibusuis alijs oneribus certorum bonorum in Oppido nostro Krzepycze, tum et facultatem utendi fruendi syluis borris pascuis, liquores etiam quosuis propinandi, ac omnes alios victus quaerendi, rationes communes cum Ciuibus habendi. Nobili Bartholomæo Cernyno Notario Cameræ Krzepicen per olim Serenissimum piæ memoriæ Regem Sigismundum Augustum praedecessorem nostrum desideratissimum datas et concessas saluas sanas et illaesas omnique suspitionis nota carentes, quarum tenor de uerbo ad uerbum sequitur et est talis. IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ nec non Terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ Siradiæ Lanciciæ Cuiauiæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Culmen Elbingen Pomeraniæque &c Dominus et haeres. Significamus tenore praesentium quibus expedit vniuersis et singulis praesentibus et futuris harum notitiam habituris. Quia ad intercessionem Generosi Nicolai Lutomirski Castellani Zechouien Theloneorumque nostrorum maioris Poloniæ Praefecti [illegible] Nobili Bartholomæo Cernio Notario Cameræ Krzepicen tum commendatam per eundem Nicolaum Lutomirski habendi ipsius diligentiam et fidem in obeundo Notariatus munere per annos viginti, in quo et hucusque seruire non cessat, volendi erga illum et ipsius posteros gratiam nostram Regiam declarare, et ad seruitia nobis praestanda promptum reddere, Domum ipsius hæreditariam in Ciuitate nostra Krzepicen in circulo inter domum Zophiæ Sczudlowa ex una et Stanislai Colostano ex altera parte sitam, simul et agros ipsius hæreditarios inter agros Ciuiles consistentes, quorum duo lanei inter agrum Andreae Mizyglod ex una et agrum Margarethae Kozia ex altera Topissonskie et Tertius penes Popianiecza, Quartus inter agrum Alberti Wypych et Stanislai Szoltysek Zaninski dictus. Quintus et Sextus inter agros Krzepicen, connectas et Joannis Kozi Miersionkonskie, reliqui uero duo inter Laurentij Sutoris et Aduocati Krzepicen agros Buinienskie dicti. Insuper et quatuor hortos, quorum duo in Rolithowka, tertius vocatus Mrozonski, Quartus inter hortos Joannis Ropel et Agnetis Kulesczyna sunt siti. Item locum Siedlisko Zulczynskie dictum, cum omnibus aedificijs et structuris in praedictis hortis et agris, Siedliskoque locatis et locandis, quae omnia praemissa ipse Bartholomaeus Cernyus Iure haereditario possidet libertate donauimus praesentibusque donamus ex Jurisdictione et obedientia Ciuili ac Aduocatiali eximimus ac liberamus. Remouentes a praedicta domo agris et hortis ac Siedlisko Zulczynskie ipsorumque haeredibus omnia onera Oppidi praefati Krzepicen, solutionesque censuum contributionem exactionumque tam manium quam ciuilium quocunque nomine vocatam perpetuo et in aeuum. Praeterea concedimus eidem Bartholomaeo Cernio eiusque successoribus liberum vsum syluarum borrarum ac pascuorum nostrorum more aliorum ciuium Krzepicen. Ita tamen quod praefatus Bartholomaeus Cernius et eius successores iure respondere quoties euocatus fuerit coram Capitaneo moderno Krzepicen et pro tempore existente, solo aut nobis uel Judicio nostro Regio non obstante hac exceptione nostra, et Judicato satisfacere teneatur. Insuper liberam eidem damus ac praesentes [illegible] facultatem cuiusuis generis potus aduecti [illegible] Voluerit propinare, aliasque rationes victus cum Ciuibus communes quaerere. Ita tamen ut Ducillares exactiones pro ratione [illegible] ipse et eius successores persoluere teneatur. Quare Magnifico Joanni Szrutecka [illegible] Palatini Siradien Brzeznicen Krzepicen Krzesowien [illegible] Capitaneo Syncere nobis dilecto, et alteri pro tempore Krzepicen Capitaneo, ac famatis Proconsuli Consulibus Aduocato Krzepicen et alijs omnibus quorum interest praesentem concessionem nostram praefato Nobili Bartholomaeo Cernio eiusque successoribus factam praesentibus denuntiamus mandantes ut eam in omnibus clausulis articulis punctis et conditionibus seruent et manuteneant, nihilque contra illam attentare unquam praesumant. Pro debito suo et gratia nostra facturi. Harum testimonio praesentibus quibus sigillum nostrum est appensum. Datum Cracouiae feria Quarta post festa Paschae Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Primo Regni nostri Vigesimo Secundo. Praesentibus Reverendis in Christo Patribus Dominis Jacobo Vchanski 1551.
Electo Chelmen, Leonardo Slonczenski Camenecen Episcopis nec non Magnificis Generosis ac Venerabilibus Petro Kmitha in Wisnicze Comite, Palatino Cracouien Regni nostri Supremo Marsalco, ac Cracouien Scepusien Premislien [illegible] Stanislao Maciejowski Woynicen ac Lubomlien [illegible] Jordan de Zakliczyn [illegible] Regni nostri Thesaurario, Nicolao Myszkowski Radomien ac Zatorien, Osswiecimen Ducatuum et Miedzyrzecen, Joanne Bonar de Balice Osswiecimen, Nicolao Lutomirski Zechouien ac minoris Poloniae Theloneorum nostrorum Praefecto. Joanne Lutomirski Brzeznicen Curiae nostrae Thesaurario. Burgrabio Cracouien Lanciciensi Fabiani Czema Gedanen Castellanis Suchoholen. Joanne Ocieski Regni nostri Vicecancellario Succamerario et Burgrabio Cracouien ac Sandecen Olsztynen. Nicolao Mniszek de Magna Kunczycze Burgrabio Cracouien Curiae nostrae Succamerario ac Lucomien Sokalienque, Sigismundo Ligeza Regni et Curiae nostrae Pocillatore, [illegible] Schonrienque Capitaneis. Joanne Przerebski Praeposito ac [illegible] vacante Episcopatus Cracouien Administratore, Andrea Zamoyski Praeposito Gnesnen ac Scholastico, Georgio Podlodowski Canonico Cracouien Secretarijs nostris. Et alijs quam plurimis Dignitarijs ac Officialibus nostris fide dignis testibus ad praemissa. Datum per manus Magnifici Joannis Ocieski Regni nostri Vicecancellarij Succamerarij et Burgrabij Cracouien Sandecen ac Olsztynen Capitanei Syncere nobis dilecti. Joannes Ocieski Regni Poloniae Vicecancellarius, Relatio Magnifici Joannis Ocieski Regni nostri Vicecancellarij Succamerarij et Burgrabij Cracouien Sandecen ac Olsztynen Capitanei. Supplicatum itaque nobis est per nostros quosdam consiliarios nomine eiusdem Bartholomaei Cernini, ut literas insertas ac omnia in eis contenta authoritate nostra Regia approbaremus et confirmaremus. Nos annuentes dictorum nostrorum consiliariorum intercessioni, habentes etiam commendata eiusdem Bartholomaei seruitia, quae ab annis multis in Exactione et procuratione Theloneorum nostrorum Camerae Krzepicen praestitit atque etiam nunc praestare non intermittit has ipsas literas et omnia in eis contenta approbamus et ratificamus confirmamusque ac robur perpetuae firmitatis eisdem apponimus decernentes eundem nominatum Bartholomaeum Cernium successores ipsius ac quosuis alios bonorum in literis vtraexpressis nominatorum possessores omnibus in eisdem his descriptis libertatibus ac facultatibus sine cuiusuis impedimento gaudere ac potiri debere perpetuo et in aeuum. In cuius rei testimonium praesentes manu nostra subscripsimus. Datum Cracouiae die XVI Mensis May Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quarto Regni uero nostri Anno Primo. Henricus Rex 1574. Confir.
Nos itaque praefatus Vladislaus Rex supplicationi eiusmodi benigne annuentes praeinsertas literas in omnibus earum punctis clausulis articulis et conditionibus in quantum iuris ratio postulat approbandas et confirmandas esse duximus, prout per praesentes approbamus et confirmamus, ipsumque Gregorium Schab [illegible]

Confirmatio Priuilegij [illegible] in oppido Krzepicen Gregorio Schab 1634

VLADISLAVS. IV. DEI GRATIA REX

Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq[ue], nec non Suecorum, Gotthorum, Vandalorumq[ue] hæreditarius REX Electus, Magnus Dux Moschouiæ. etc.
Significamus p[rae]ntibus literis nostris quorum interest vniuersis et singulis. Exhibitas coram nobis esse per certos Consiliarios nostros nomine Famati Gregorii Schab Ciuis Krzepycen. literas Serenissimi olim Diuæ memoriæ Henrici Regis Polo-
niæ inpascriptas prout latius in se obloquuntur Supplicatumq[ue] nobis esse ut easdem literas authoritate n[ost]ra Regia approbare ratificare et confirmare dignaremur Quarum quidem literarum is est qui sequitur tenor. Henricus Dei gratia
Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ Masouiæ Samogitiæ Liuoniæ Volhiniæ Podlachiæ Liuoniæ. Nec non Andium Borboniorum et Aluerniorum Dux Comes Marchiæ Foresti Queity Ronergy et Montfort. Significamus
ac ad notitiam quibus interest deducimus. Exhibitas nobis esse literas in Pargameno descriptas continentes in se libertationem à iure et iurisd[icti]one Ciuili à Censibus solutionibus, ac quibusuis alijs oneribus ceterorum [illegible] in Oppi-
do n[ost]ro Krzepycze tum et facultatem utendi fruen[di] syluis borris pascuis, liquores etiam quosu[is] propinan[di], ac omnes alios uictus quæren[di], rationes communes cum Ciuibus haben[di]. N[obi]li Bartholomæo Cerzyno Notario Cameræ Krzepycen.
per olim Serenissimum piæ memoriæ Regem Sigismundum Augustum prædecessorem n[ost]rum desideratissimum datas et concessas saluas sanas et illæsas omniq[ue] suspitionis nota carentes, quarum tenor de uerbo ad uerbum sequitur et est
talis. IN Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ nec non Terrarum Cracouiæ, Sandomiriæ Siradiæ Lanciciæ Cuiauiæ Russiæ Prussiæ Maso-
uiæ Culmen. Elbingen. Pomeraniæq[ue] etc Dnus et hæres. Significamus tenore præsentium quibus expedit vniuersis et singulis p[rae]ntibus et futuris harum notitiam habituris. Quia ad intercessionem Gnosi Nicolai Lutomirski Castellani Pre-
chouien. Theloneorumq[ue] n[ost]rorum maioris Poloniæ Præfecti pro N[obi]li Bartholomæo Cernio N[ota]rio Cameræ Krzepycen. tum commendatam per eundem Nicolaum Lutomirski haben[s] eius diligentiam et fidem in obeundo Notariatus munere
per annos viginti, in quo et huc usq[ue] seruire non cessat, volen[s] erga illu[m] et ipsius posteros gratiam n[ost]ram Regiam declarare, et ad seruitia n[ost]ra nobis præstanda promptum reddere, Domum ipsius hæreditariam in Ciuitate n[ost]ra Krzepycen. in circulo in-
ter domum Zophiæ Sczudlowa ex una et Stanislai Colostaro ex altera parte sitam. Simul et agros ipsius hæreditarios inter agros Ciuiles consisten[tes], quorum duo lanei inter agrum Andreæ Mrzyglod ex una et agrum Margarethæ Kozia ex al-
tera Lopissonskie et Tertius penes Copianiecka, Quartus inter agrum Albert Wyrych et Stanislai Szotisek Zaninski dictus, Quintus et Sextus inter agros Krzepycen. conuentus et Joannis Kozi Miersionkonskie, reliqui uero duo inter
Laurentij Sutoris et Aduocatiæ Krzepycen. agros Bugienskie dicti. Insuper et quatuor hortos, quorum duo in Rolithowka, tertius vocatus Mrzozonski, Quartus inter hortos Joannis Ropel et Agnetis Kuleszyna sunt sitti. Item locum
Kedlisko Zuleczynskie dictum, cum omnibus ædificijs et structuris in d[ic]tis hortis et agris, Kedliskoq[ue] locatis et locandis, quæ omnia præmissa ipse Bartholomæus Cerynus iure hæreditario possidet libertate donauimus præntibusq[ue] donamus
eu[m] Jurisdictioneq[ue] et obedientia Ciuili ac Aduocatiali eximimus ac liberamus Remouen[tes] à præd[ic]ta domo agris et hortis ac Kedlisko Zuleczynskie ipsorumq[ue] hæredibus omnia onera Oppidi præfati Krzepycen. soluend[a] censuum, contribu-
tionum exactionumq[ue] tam maiorum quam Ciuilium quocunq[ue] nomine vocatarum perpetuo et in æuum. Præterea concedimus eid[em] Bartholomæo Cerzino eiusq[ue] Successoribus liberum usum syluarum borrarum ac pascuorum n[ost]rorum more aliorum ciuium
Krzepycen. Ita tamen quod præfatus Bartholomæus Cerinus et eius successores iure respondere quoties euocatus fuerit coram Capitaneo n[ost]ro Krzepycen. et pro tempore existen[ti], solo aut nobis vel Judicio n[ost]ro Regio non obstan[te] hac exceptione
n[ost]ra et Judicato satisfacere teneatur. Insuper liberam eidem damus ac præsentes eiusq[ue] successoribus facultatem cuiusu[is] generis potus aduectitios et domesticos [illegible] quocunq[ue] voluerit propinare, aliasq[ue] rationes victus cum Ciuibus communes
quærere. Ita tamen ut ducillares exactiones pro ratione Reipub[licae] sanitas ipse et eius successores persoluere teneatur. Quare Magnifico Joanni Sztitekia [illegible] Palatini Siradien. Brzeznicen. Krzepycen. Krzesowien. [illegible]
Capitaneo Sincere nobis dilecto, et alteri pro tempore Krzepycen. Capitaneo, ac famatis Proconsuli Consulibus Aduocatoq[ue] Krzepycen. et alijs omnibus quorum interest præsentem concessionem n[ost]ram præfato N[obi]li Bartholomæo Cerino eiusq[ue] successoribus
factam publice denuntiamus mandan[tes] ut eam in omnibus clausulis articulis punctis et conditionibus seruent et manuteneant, nihilq[ue] con[tra] illam attentare unquam præsumant. Pro debito suo et gratia nostra facturi. Harum testimonio literarum
quibus sigillum n[ost]rum est appensum. Datum Cracouiæ feria Quarta post festa Paschæ Anno D[omi]ni Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Primo. Regni n[ost]ri Vigesimo Secundo. Præntibus R[euerend]is in Chr[ist]o Patribus D[omi]nis Jacobo Vchanski 1551.
Electo Chelmen. Leonardo Stonczenski Camenecen. Ep[iscop]is nec non Mag[nifi]cis Generosis ac Venerabilibus. Petro Kmitda in Wisnice Comite, Palatino Cracouien. Regni nostri Supremo Marsalco, ac Cracouien. Scepusien. Premislien. Colen. Stanislao Ma-
ciejowski Voynicen. ac Lubomlien. [illegible] Jordan de Zakliczyn [illegible] Regni n[ost]ri Thesaurario, Nicolao Myszkowski Radomien. ac Zatorien. [illegible] Ducatuum et Miedzyrzecen. Joanne Bonar de Balice [illegible]
Nicolao Lutomirski Zechouien. ac minoris Poloniæ Theloneorum n[ost]rorum Præfecto. Joanne Luthomirski Brzeznicen. Curiæ n[ost]ræ Thesaurario. Burgrabio Cracouien. Lancicien. Fabiano Czema Gedanen. Castellanis, Succholenen. Joanne Ocieski Regni
n[ost]ri Vicecancellario Succamerario et Burgrabio Cracou. ac Sandecen. Olsztynen. Nicolao Mniszek de Magna Kunczyce Burgrabio Cracou. Curiæ n[ost]ræ Succamerario ac Lucomien. Tobolicen. Sigismundo Zygza Regni et Curiæ nostræ Porcillatore, et
Rohoczeq[ue] Capitaneis. Joanne Przerebski Præp[osi]to ac [illegible] Cracou. Administratore, Andrea Czarnkowski Præp[osi]to Gnesnen. ac Sc[h]lasko, Georgio Podlodowski Canonico Cracou. Secretarijs nostris. et alijs quam plurimis Dignitarijs
ac Officialibus n[ost]ris Fide dignis testibus ad præmissa. Datum per manus Mag[nifi]ci Joannis Ocieski Regni nostri Vicecancellarij Succamerarij et Burgrabij Cracouien. Sandecen. ac Olsztynen. Capitanei Sincere nobis dilecti. Joannes Ocieski Regni Po-
loniæ Vicecancellarius, Relatio Mag[nifi]ci Joannis Ocieski Regni n[ost]ri Vicecancellarij Succamerarij et Burgrabij Cracou. Sandecen. ac Olsztynen. Capitanei. Supplicatum itaq[ue] nobis est per nostros quosdam Consiliarios nomine eiusd[em] Bartholomæi
Cerini, ut literas insertas et omnia in eis contenta authoritate n[ost]ra Regia approbaremus et confirmaremus. Nos annuen[tes] dictorum n[ost]rorum Consiliariorum intercessioni, haben[tes] etiam commendata eiusd[em] Bartholomæi seruitia, quæ ab an-
nis multis in exactione et procuratione Theloneorum n[ost]rorum Cameræ Krzepycen. præstitit atq[ue] etiam nunc præstare non intermittit has ipsas literas et omnia in eis contenta approbamus et ratificamus confirmamusq[ue] ac robur perpetuæ firmitatis
eisdem apponimus decernentes eund[em] prænominatum Bartholomæum Cerinum successores ipsius ac quosuis alios bonorum in literis utrisq[ue] expressis nominatorum possessores omnibus in eisd[em] his descriptis libertatibus ac facultatibus sine cuiusuis impedimen-
to gaudere ac frui debere perpetuo et in æuum. In cuius rei testimonium præsentes manu nostra subscripsimus. Dat[um] Cracou. die XVI Mensis Maij A[nn]o D[omi]ni Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Quarto Regni uero n[ost]ri Anno Primo. Henricus Rex 1574. Confir.
Nos itaq[ue] præfatus Vladislaus Rex supplicationi eiusmodi benigne annuen[tes] insertas literas in omnibus earu[m] punctis clausulis articulis et condition[ibus] in quantum iuris ratio postulat approban[das] et confirman[das] esse duximus prout per p[rae]sentes appro-
bamus et confirmamus ipsumq[ue] Gregorium Schab Ciuem Krzepycen. et successores eius circa omnes libertates et immunitates quæ in Priuilegijs dictorum Sigismundi Augusti et Henrici Regum Poloniæ introducuntur plenarie conseruamus, Volu-
mus, ut ijsdem libertatibus superius insertis quibus N[obi]lis olim Bartholomæus Cerinus Notarius Cameræ Krzepycen. ad extrema uitæ suæ tempora gaudeat et utatur. Quod omnibus et singulis nominatim uero Gnoso Capitaneo Krzepycen. moderno
et pro tempore existenti notum esse volumus mandamusq[ue] ut eum ipsum Schab quo ad uixerit circa eas libertates et immunitates conseruent ab alijsq[ue] conseruari faciant. Pro gratia nostra. In cuius rei fidem præsentes manu n[ost]ra subscriptas
sigillo Regni communiri iussimus. Datum Varsauiæ die [illegible] Mensis Augusti A[nn]o D[omi]ni MDCXXXV Regnorum n[ost]rorum Poloniæ et Sueciæ tertio Anno.

Vladislaus Rex

Andr. Kowalinski

Nº 3/1

in Krzepice 1634

Złożono przy pierwiastkowey regulacyi Nieruchomości № 19 w Krzepicach po Tożoney w Częstochowie dnia 21 Grudnia 1838
2 Stycznia 1839
Ignacy [illegible]
Jarowski

Confirmatio Privilegii [illegible] in oppido Krzepicen. [illegible] 1634

de Ao 1634